continent. Caeterùm si noxae deditus quis sit, Pomponius putat passurum exceptionem quam ille pateretur qui noxae dedit. Proinde ex quacumque alia causa quae propè lucrativam habet adquisitionem, quaesisse quis videatur: patietur exceptionem doli ex persona ejus in cujus locum successit. Sufficit enim si is qui pretium dedit, vel vice pretii, cùm sit bona fide emptor, ut non patiatur doli exceptionem ex persona auctoris: utique si ipse dolo caret: caeterùm si ipse dolo non careat, pervenietur ad doli exceptionem, et patietur de dolo suo exceptionem.

se dió algun siervo en satisfaccion del daño, dice Pomponio, que tiene lugar la misma excepcion que se daria contra el mismo que lo dió. Por lo qual si pareciese que alguno adquirió por alguna otra causa que se asimile á la lucrativa, le obstará la excepcion de dolo que tendria lugar contra aquel en cuyo lugar se subroga; porque basta que se haya pagado la cantidad, ó lo equivalente á ella, para ser tenido por comprador de buena fé, y que no se dé contra él la excepcion de dolo respecto de su autor. Esto se entiende si él carece de dolo; pero si no, se dará contra él esta excepcion respecto su propio dolo.

Exposicion. Sigue este párrafo la especie de los antecedentes, expresando las personas á quienes compete la excepcion de dolo.

32 *Si à Titio fundum emeris, qui Sempronii erat: isque tibi traditus fuerit pretio soluto, deinde Titius Sempronio heres extiterit, et eumdem fundum Maevio vendiderit et tradiderit: Julianus ait, aequius esse Praetorem te tueri: quia et si ipse Titius fundum à te peteret, exceptione in factum comparata, vel doli mali summoveretur, et si ipse eum possideret, et Publiciana peteres: adversus excipientem, si non suus esset, replicatione veteris: ac per hoc intelligeret, eum fundum rursus vendidisse, quem in bonis non haberet.*

32 Si comprases á Ticio el fundo que era de Sempronio, y te lo entregase habiéndole pagado su importe, y despues Ticio fuese heredero de Sempronio, y vendiese y entregase á Mevio el mismo fundo, dice Juliano, que es justo que te ampare el Pretor; porque si te pidiese el fundo, le opondrás la excepcion que resulta del hecho, ó la de dolo malo: y si él lo poseyese, y pidieses por la accion Publiciana, y opusiese esta excepcion, si no fuese suyo, te competerá replicacion; y por esto se entenderá que segunda vez vendió el fundo el que no era señor de él.

Exposicion. En el caso de este párrafo tiene lugar la excepciou de dolo y la

de *in factum*, como se expresa en él; porque el vendedor procede contra su propio hecho.

33 *Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat, contentus doli exceptione, quae est generalis: sed utilius visum est etiam de metu opponere exceptionem: etenim distat aliquid à doli exceptione: quòd exceptio doli personam complectitur ejus qui dolo fecit: enimverò metus causa exceptio in rem scripta est, si in ea re nihil metus causa factum est: ut non inspiciamus an is qui agit, metus causa fecit aliquid, sed an omnino metus causa factum est in hac re à quocumque, non tantùm ab eo qui agit. Et quamvis de dolo auctoris exceptio non objiciatur: verumtamen hoc jure utimur, ut de metu non tantùm ab auctore, verùm à quocumque adhibito exceptio objici possit.*

33 No propuso Casio la excepcion por causa de miedo; porque le pareció que era bastante la de dolo, que es general. Pero pareció que era mas util oponer tambien la excepcion de miedo; porque ciertamente se distingue en algo de la excepcion de dolo; pues esta comprehende á la persona que cometió el dolo; y la excepcion por causa de miedo es perteneciente á la cosa, si respecto de ella no se verificó miedo: como no miramos si el que pide hizo alguna cosa por causa de miedo, sino absolutamente si respecto de aquella cosa causó algun miedo, y no solo el que pide; y aunque no se oponga esta excepcion por el dolo del actor, esto no obstante practicamos, que se pueda usar de la excepcion de miedo no solo por el que causó el actor, sino qualquiera otro.

Exposicion. En este párrafo se expresa en lo que se distinguen la excepcion de dolo y la de miedo.

34 *Illud sciendum est, hanc exceptionem de metu eum objicere debere, qui metum non à parente passus est, in cujus fuit potestate: caeterùm parenti licere deteriorem conditionem liberorum in rebus peculiariis facere. Sed si se abstinuerit hereditate paterna: succurrendum ei erit, ut alioquin succurritur.*

34 Se ha de saber que esta excepcion de miedo no la debe oponer aquel á quien le causó el miedo el ascendiente en cuya potestad estubo; porque á los ascendientes les es permitido hacer peor la condicion de los descendientes en las cosas pertenecientes á sus peculios. Pero si se abstuviese de la herencia del padre, ha ser socorrido, como lo es en otros casos.

Exposicion. La excepcion *quod metus causa* compete á todos los que justificasen

que hiciéron, prometiéron ó dexáron de hacer alguna cosa por miedo justo, y aunque el hijo no puede oponer esta excepcion contra el padre por el respeto y honor que le debe, se puede abstener de su herencia, y usar de aquella contra los herederos del padre.

Paulus *lib.* 71 *ad Edictum.*

Lex V. *Purè mihi debes decem: ea tibi sub conditione legavi: interim heres si petat, doli exceptione non est summovendus: cùm possit etiam deficere conditio: itaque legatorum stipulationem interponere debebit: sed si non caveat heres, doli exceptione summovebitur: expedit enim legatario retinere summam, quàm mitti in possessionem rerum hereditariarum.*

Ley V. Me debias diez sin condicion alguna: te los legué baxo de condicion: si pendiente esta los pidiese el heredero, no le obstará la excepcion de dolo; porque puede no verificarse la condicion; por lo qual deberá estipular el heredero obligándose á la restitucion del legado en el caso de que se verifique la condicion; y si no pidiese caucion, le obstará la excepcion del dolo; porque conviene al legatario retener la cantidad por la qual ha de ser puesto en posesion de los bienes de la herencia.

Exposicion. La razon de la decision del caso de esta ley se expresa en ella.

1 *Si cui legata sit via, et is lege Falcidia locum habente, totam eam vindicet, non oblata aestimatione quartae partis, summoveri eum doli exceptione Marcellus ait, quoniam suo commodo heres consulit.*

1 Si á alguno se le legó via, y este legado tuviese lugar por la ley Falcidia, y la vindicase toda sin ofrecer el importe de la quarta parte, dice Marcelo, que le obstará la excepcion del dolo; porque el heredero miró por su utilidad.

Exposicion. En el mismo párrafo se expresa la razon de la decision del caso que en él se propone.

2 *Si donavi alicui rem, nec tradidero: et ille cui donavi, non tradita possessione in eo loco aedificaverit me sciente: et cùm aedificaverit, nanctus sim ego possessionem, et petat à me rem donatam, et ego excipiam quòd supra legitimum modum facta est:*

2 Si doné á alguno alguna cosa, y no se la entregase, y aquel á quien se la doné, y no le entregué la posesion, edificase en el mismo sitio sabiéndolo yo; y quando edificaba obtuve la posesion; y me pidiese la cosa que le doné, y le pusiese la excepcion de haber excedido la donacion de la cantidad

an de dolo replicandum est? dolo enim feci, qui passus sum eum aedificare, et non reddo impensas.

que el derecho permite, ¿acaso tendrá lugar la replicacion del dolo? porque cometo dolo si permito edificar, y no pago los gastos.

Exposicion. Se dice que tiene lugar la excepcion de dolo en el caso de este párrafo; porque no se puede retener el edificio sin satisfacer los gastos de su construccion, como dice este párrafo.

3 *Actoris qui exigendis pecuniis praepositus est, etiam posterior dolus domino nocet.*

3 El dolo último del actor que se nombró para cobrar, tambien obsta al señor.

Exposicion. El dolo posterior á la transaccion perjudica en el caso de este párrafo, y por esto se dice que tiene lugar la excepcion de dolo.

4 *Si servus veniit ab eo cui hoc dominus permisit, et redhibitus sit domino: agenti venditori de pretio, exceptio opponitur redhibitionis: licèt etiam is qui vendidit, domino pretium solverit. Etiam mercis non traditae exceptione summovetur et qui pecuniam domino jam solvit: et ideo is qui vendidit, aget adversus dominum. Eamdem causam esse Pedius ait: ejus qui negotium nostrum gerens vendidit.*

4 Si aquel á quien el señor se lo permitió, vendió el siervo, y por el vicio que tenia, lo volvió el comprador á su señor: si el vendedor pidiese el precio, se le opondrá la excepcion de haberlo vuelto, aunque el que lo vendió entregase su importe al señor; y aunque no se hubiese entregado el siervo, le obstará esta excepcion al que ya habia entregado su importe al señor; por lo qual el que lo vendió podrá pedir al señor. Pedio dice, que se ha de decir lo mismo respecto de aquel que vendió como gestor de nuestros negocios.

Exposicion. En el caso de este párrafo compete al comprador la excepcion de dolo; pues careciendo de la cosa comprada por haberla vuelto al vendedor, no es justo que pague el precio de ella.

5 *Si eum qui volebat mihi donare supra legitimum modum, delegavero creditori meo: non poterit adversùs petentem uti exceptione: quoniam creditor suum petit. In eadem causa est maritus: nec hic enim debet exceptione summoveri: qui suo nomine agit.*

5 Si el que me queria donar mayor cantidad de la que permite el derecho, se obligase á pagarla á mi acreedor, no podrá usar de excepcion contra el que le pide, porque pide á su deudor. Lo mismo se dice del marido; pues no debe obstar la excepcion al que pide en su nombre. Acaso ni el dolo de la

Numquid ergo nec de dolo mulieris excipiendum sit adversùs maritum, qui dotem petit, non ducturus uxorem, nisi dotem accepisset, nisi jam divertit? Itaque condictione tenetur debitor qui delegavit, vel mulier: ut vel liberet debitorem: vel si solvit, ut pecunia ei reddatur.

muger le ha de obstar á la muger que pide la dote; porque no se casaria con ella, si no se le hubiera dado dote: á no ser que ya se haya divorciado; y así contra el que se obligó á pagar lo que otro debia, ó contra la muger, compete la repeticion de cosa propia, ó para que libre de la obligacion al deudor; ó si paga, para que se le vuelva lo que pague.

Exposicion. El acreedor pide lo que se le debe en el caso de este párrafo, segun se expresa en él; por lo qual se dice que no se puede oponer á su peticion la excepcion de dolo.

6 Non sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Nam haec perpetuò competit; cùm actor quidem in sua potestate habeat quando utatur suo jure: is autem cum quo agitur, non habeat potestatem quando conveniatur.

6 La excepcion del dolo no se acaba por el mismo tiempo que la accion de dolo; porque la excepcion es perpetua, pues el actor puede usar de su derecho quando quiera; pero el reo no es reconvenido quando él quiere.

Exposicion. En el mismo párrafo se expresa la razon por que la excepcion de dolo es perpetua, y no temporal, como la accion que resulta de él.

Gajus *lib.* 30 *ad Edictum Provinciale.*

Lex VI. *Si opera creditoris acciderit, ut debitor pecuniam quam soluturus erat, perderet: exceptione doli mali creditor removebitur. Idem est et si creditori ejus numeratam pecuniam ratam creditor non habeat.*

Ley VI. Si consistiese en el acreedor que el deudor pierda la cantidad que le habia de pagar al acreedor, le obstará la excepcion de dolo malo: lo mismo se dice si le pagase á su deudor, y él no quisiere dar la paga por bien hecha.

Exposicion. En el caso de esta ley debió el acreedor recibir la cantidad que le entregaba su deudor (1); por lo qual si la pide, le puede oponer la excepcion de dolo, como expresa esta ley, y tambien se dirá en su lugar (2).

(1) *Ley 72 tit. 3 lib. 46 Dig.* (2) *Ley 72 tit. 3 lib. 46 Dig.*

Ulpianus *lib. 76 ad Edictum.*

Concuerda con la ley 19 tit. 14 Part. 5.

Lex VII. *Julianus ait: Si pecuniam quam me tibi debere existimabam, jussu tuo spoponderim cui donare volebas, exceptione doli mali potero me tueri: et praeterea condictio mihi adversus stipulatorem competit, ut me liberet.*

Ley VII. Dice Juliano: Si la cantidad que yo creía que te debia, la prometiese por mandado tuyo al que le querias donar, me competerá la excepcion de dolo malo; y á mas de esto me compete tambien la repeticion de cosa propia para que me libre de la obligacion.

Exposicion. En esta ley se propone otro caso en el qual tiene lugar la excepcion de dolo; porque procede contra el que pide lo que sabe que no se le debe; por lo qual se dice que tambien tiene lugar la condicion ó repeticion; porque se pagó sin causa.

Concuerda con la ley 19 tit. 14 Part. 5.

1 Idem Julianus ait, si ei quem creditorem tuum putabas, jussu tuo pecuniam quam me tibi debere existimabam, promisero, petentem doli mali exceptione summoveri debere, et ampliùs agendo cum stipulatore consequar, ut mihi acceptam faciat stipulationem: et habet haec sententia Juliani humanitatem, ut etiam adversus hunc utar exceptione et condictione, cui sum obligatus.

1 Tambien dice Juliano, que si por mandado tuyo prometiese la cantidad que creía que te debia, al que la pide le obstará la excepcion de dolo: tambien conseguiré pidiendo al que estipuló, que dé por recibido lo que estipuló. Esta opinion de Juliano es conforme á equidad, para que tambien pueda usar de excepcion contra este á quien estoy obligado, y tambien de la repeticion de cosa propia.

Exposicion. La razon de la decision del caso de este párrafo es la misma que la de la ley antecedente.

Paulus *lib. 6 ad Plautium.*

Lex VIII. *Dolo fecit, qui petit quod redditurus est.*

Ley VIII. Comete dolo el que pide lo que ha de volver.

Exposicion. El que pide alguna cosa á aquel á quien se la debe volver, se dice que comete dolo, y compete contra él esta excepcion; porque es lo mismo que si no se le debiese.

1 Sic si heres damnatus sit non petere à debitore, potest uti exceptione doli ma-

1 Si al heredero se le mandase en el testamento que no pida al deudor, este puede usar de la excep-

li debitor, et agere ex testamento.

cion de dolo malo, y tambien pedir en virtud del testamento.

Exposicion. En este párrafo continúa la especie de la ley antecedente, y la razon de decidir es la misma.

Idem *lib.* 32 *ad Edictum.*

Concuerda con la ley 26 tit. 5 Part. 3.

Lex IX. *Si procurator rei pecunia accepta damnari se passus sit, et cum domino judicati agatur, tuebitur sed doli mali exceptione: nec hoc quod acceperit procurator, auferri ab eo potest. Nam turpiter accepta pecunia justiùs penès eum est qui deceptus sit, quàm qui decepit.*

Ley IX. Si el procurador del reo permite que se le condene recibiendo el importe de la cosa, y pidiese al señor en virtud de la sentencia, competerá á este contra él la excepcion de dolo malo, y al procurador no se le podrá pedir lo que recibió; porque la cantidad que recibió torpemente, es mas justo que la retenga el que fué engañado, que el que engañó.

Exposicion. En el caso de esta ley compete al señor contra el procurador la excepcion de dolo, por la razon que expresa la misma ley.

Marcianus *lib.* 3 *Regularum.*

Lex X. *Cum vir aut uxor in area sibi donata aliquid aedificasset: plerisque placet, doli mali exceptione posita rem servari posse.*

Ley X. Quando el marido ó la muger edificase en el solar que se le donó, los mas son de opinion que les compete la excepcion de dolo malo para la retencion de la cosa.

Exposicion. La muger puede oponer al marido la excepcion de dolo en el caso de esta ley, porque en su peticion procede contra su mismo hecho.

Neratius *lib.* 4 *Membranarum.*

Lex XI. *Procurator agit: de dolo ejus excipi non debet: quia aliena lis est, isque rei extraneus: neque alienus dolus nocere alteri debet. Si post litem contestatam dolo quid fecerit: an exceptio eo nomine in judicium objicienda sit, dubitari potest: quia litis contestatione res procuratoris fit, eamque suo jam quodammodò nomine exequitur. Et pla-*

Ley XI. Si pide el procurador, no se debe usar de excepcion respecto su dolo; porque el pleyto es ageno, y el dolo en cosa extraña; y el dolo de uno no debe perjudicar á otro. Si despues de la contestacion del pleyto cometiese dolo, se puede dudar si competerá excepcion respecto de él; porque la contestacion se hace sobre el pleyto del procurador, y ya en algun modo pide lo que le perte-

cet de procuratoris dolo excipiendum esse. Idem de tutore qui pupilli nomine aget, dicendum est.

nece: se dice que tiene lugar esta excepcion por el dolo del Procurador: lo mismo se ha de decir respecto del tutor que litiga en nombre de su pupilo.

Exposicion. Sobre el contenido de esta ley se ha dicho en este título (1).

1 In universum autem haec in ea re regula sequenda est, ut dolus omnimodo puniatur, etsi non alicui, sed ipsi qui eum admisit, damnosus futurus erit.

1 Generalmente se ha de observar esta regla respecto de este particular, que absolutamente se castigue el dolo, aunque no haya de perjudicar á otro que al mismo que lo cometió.

Exposicion. Continúa en este párrafo la especie de la ley antecedente, y sobre su contenido se expresa una regla general.

Papinianus *lib.* 3 *Quaestionum.*

Lex XII. *Qui aequitate defensionis infringere actionem potest, doli exceptione tutus est.*

Ley XII. Al que puede oponer á la accion excepcion justa, le compete tambien la excepcion de dolo.

Exposicion. Aquel á quien por razon de equidad compete alguna excepcion para no pagar, puede tambien usar de la de dolo, si fuese reconvenido por lo que no está obligado á satisfacer.

Paulus *lib.* 14 *Quaestionum.*

Lex XIII. *Liberis exheredatis qui nihil ex patris judicio meruerunt, rupto testamento jus suum conservandum est: nec opponetur doli mali exceptio: quod non solùm in persona eorum, sed in heredibus, in persona liberorum quoque eorum obtinendum est.*

Ley XIII. A los hijos desheredados que no mereciéron que el padre les dexára cosa alguna en su testamento, si se anulase por el nacimiento del pósthumo, se les ha de conservar su derecho, sin que les obste la excepcion de dolo malo; lo qual no solo se ha de observar respecto sus personas, sino tambien las de sus herederos; y en quanto á las de sus descendientes se ha de observar lo mismo.

Exposicion. En el caso de esta ley no compete contra los hijos la excepcion de dolo; porque usan de su derecho, como se ha expresado (2).

(1) *Expos. al* §. 18 *lib.* 4 *de este tit.* (2) *Ley* 20 *tit.* 4 *lib.* 37 *Dig.*

IDEM *lib.* 3 *Responsorum.*

Lex XIV. *Paulus respondit, eum qui in alieno solo aedificium extruxerit, non aliàs sumptus consequi posse, quàm si possideat, et ab eo dominus soli rem vindicet: scilicet opposita doli mali exceptione.*

Ley XIV. Paulo respondió, que el que edificase en suelo ageno, no puede percibir los gastos de otro modo que si poseyese, y el señor del suelo lo pidiese como propio, esto es, oponiendo la excepcion de dolo malo.

EXPOSICION. Si el que edificó está en posesion del edificio, en el caso de esta ley se dice que le compete la excepcion de dolo contra el señor del suelo; porque el que quiere aumentar su patrimonio en perjuicio de tercero, no solo procede contra la razon de equidad, sino que tambien comete dolo.

SCAEVOLA *lib.* 5 *Responsorum.*

Lex XV. *Fidejussor evictionis nomine condemnatus, id praedium quod evictus est, et omnia praestare paratus est quae jure empti continentur: quaero, an agentem emptorem exceptione ex causa judicati doli mali summovere potest. Respondit, exceptionem quidem opponi posse: judicem autem aestimaturum, ut pro damnis emptori satis fiat.*

Ley XV. El fiador que fué condenado respecto la eviccion, el predio que recuperó su señor, y todo lo que estaba pronto á dar comprehendido por razon de la venta: pregunto, si pidiendo el comprador se le puede oponer la excepcion de dolo malo. Se respondió, que se podia oponer esta excepcion, y que el Juez ha de ver si ha de pagar los daños al comprador.

EXPOSICION. Al fiador le compete la excepcion de dolo malo en el caso de este párrafo; porque el que pide contra él, no puede pretender mas de lo que se le debe.

HERMOGENIANUS *lib.* 6 *Juris Epitomarum.*

Lex XVI. *Si debitor à furioso delegatus, creditori ejus solvat, quem compotem mentis esse existimabat, et ita cum eo agatur: exceptione doli in id quod in rem furiosi processit, defenditur.*

Ley XVI. Si el deudor del furioso subrogase otro en su lugar, que se obligase á pagar lo que él le debia, ignorando que estaba furioso, y por esto se le pidiese, se podrá defender con la excepcion de dolo malo respecto la cantidad que el furioso invirtió en aumento de su patrimonio.

EXPOSICION. En el caso de esta ley se supone que la cantidad que se pagó se convirtió en beneficio del furioso; y por consiguiente tiene lugar la excepcion de dolo si la pidiese su curador, segun expresa la misma ley.

SCAEVOLA *lib.* 21 *Digestorum.*

Lex XVII. *Pater pro filia dotem promiserat, et pactus erat ut ipse aleret filiam suam, ejusque omnes. Idem homo rusticanus genero scripsit quasi usuras praeteritas ex dotis promissione: quaesitum est, cùm ipse filiam suam exhibuerit, et maritus nullam impensam fecerit: an ex chirographo ex stipulatu agenti genero exceptio obstare debeat. Respondit, si ut proponitur, pater cùm exhiberet, per errorem promisisset: locum fore doli mali exceptioni.*

Ley XVII. El padre prometió dote por la hija, y se pactó que la habia de alimentar á ella y á toda su familia: el mismo padre escribió á su yerno que le pagaria las usuras devengadas por la dote prometida: se preguntó si habiendo él alimentado á su hija, y no habiendo el marido gastado cosa alguna, si pidiendo el yerno en virtud de la escritura de estipulacion, le obstará esta excepcion. Se respondió, que si el padre alimentó á la hija como se propone, prometió con error, y que ha de tener lugar la excepcion de dolo malo.

EXPOSICION. La excepcion de dolo tiene lugar en el caso de esta ley; porque se piden las usuras de la dote contra el pacto que se supone.

1 *Avus nepotibus ex filia legavit singulis centena: et adjecit haec verba: Ignoscite: nam potueram vobis ampliùs relinquere, nisi me Fronto pater vester malè accepisset, cui dederam mutua quindecim, quae ab eo recipere non potui: postremo hostes, qui mihi ferè omnem substantiam abstulerunt. Quaesitum est, an si avi heres ab his nepotibus patris sui heredibus petat quindecim, contra voluntatem defuncti facere videatur, et doli mali exceptione summoveatur. Respondit exceptionem obstaturam.*

1 El abuelo legó ciento á los nietos de la hija, y expresó en esta forma: Perdonadme, porque pudiera dexaros mas, si Fronto vuestro padre no hubiera malgastado quince que le presté, y no los pude cobrar de él: últimamente, los enemigos me quitáron casi todos mis bienes. Se preguntó si los herederos del abuelo pidiesen los quince á estos nietos, parecerá que lo hacen contra la voluntad del abuelo, y les obstará la excepcion de dolo malo. Respondí, que les obstará.

EXPOSICION. Se dice que tiene lugar la excepcion de dolo malo en el caso de este párrafo; porque el heredero que pide contra la voluntad del difunto, se entiende que procede con dolo.

2 *Ex quadrante heres scrip-*

2 El que en el testamento fué

tus, à coherede ex dodrante instituto emit portionem certa quantitate: ex qua aliquam summam in nominibus ex calendario uti daret, stipulanti spopondit: defuncto venditore hereditatis, falsum testamentum Septicius accusare coepit, et hereditatem ab emptore petiit: et ne quid ex ea minueret, impetravit: quaesitum est, cognitione falsi pendente, an heredes ex stipulatu petentes, doli exceptione summoveantur. Respondit, heredes venditoris, si ante eventum cognitionis pergant petere, exceptirne doli mali posse summoveri.

instituido heredero de tres onzas, compró su parte á su coheredero, que fué instituido en nueve onzas, por cierta cantidad, de la qual se obligó en virtud de estipulacion á pagar las deudas que constaban del libro de asiento de cuentas del difunto: despues de muerto el que vendió la herencia, Septicio acusó de falso el testamento, y pidió que no se enagenase cosa alguna de ella. Se preguntó si estando pendiente la acusacion de falso testamento, tendria lugar la excepcion de dolo. Se respondió, que á los herederos del vendedor, si pidiesen ántes que se determine la acusacion, se les podia oponer la excepcion de dolo malo.

Exposicion. Los herederos del vendedor no pueden pedir en el caso de este párrafo hasta que se verifique la condicion; por lo qual si lo executasen antes, se les puede oponer la excepcion de dolo, como se expresa en él; porque en el interin se duda quién es verdadero acreedor.

3 *Marito et filio communi ex parte dimidia scriptis heredibus, filiam suam ex priore matrimonio, ita heredem instituit: Maevia filia mea ex sex unciis heres mihi esto, si cum coheredibus tuis parem rationem feceris pro mea portione in diem mortis meae ejus actus qui pendet ex tutela tua, quam Titius pater meus avus tuus administravit: quaesitum est, an quia sub conditione instituta filia esset, si omitteret hereditatem, uti salvam tutelae actionem haberet, legata quoque sibi à matre data consequi possit.*

3 El marido y el hijo comun fuéron instituidos herederos en el testamento, y la hija del primer matrimonio fué instituida heredera en esta forma: Mevia mi hija sea heredera de la mitad de mis bienes, si se diese por satisfecha de lo que resultase contra mis herederos, respecto mi parte, de las cuentas que hubiese pendientes al tiempo de mi muerte correspondientes á los autos sobre la administracion de la tutela que Ticio mi padre y su abuelo tuvo á su cargo: se preguntó si porque la hija fué instituida baxo de condicion, si no quisiere aceptar la herencia, le quedaria salvo el uso de la accion de

Respondit, secundùm ea quae proponerentur, eam, de qua quaereretur, contra voluntatem petere: et ideo exceptionem doli obstaturam.

tutela; y si podria percibir los legados que la dexó la madre: se responde, que segun se proponia, aquello sobre lo qual se pregunta, se pide contra su voluntad; y por esto tendrá lugar la excepcion de dolo.

Exposicion. En el mismo párrafo se expresa la razon de la decision del caso que en él se propone; y se ha de tener presente, que la institucion que se refiere en él, no es válida por Derecho Real de España; pues por él corresponden á los hijos y descendientes que obtienen el primer grado para la sucesion de los padres y ascendientes, todos los bienes de estos, excepto el quinto, del qual pueden disponer á favor de los extraños, ó en beneficio de su alma, como se ha dicho repetidas veces.

TITULO V.

Quarum rerum actio non datur.

En los títulos antecedentes se ha tratado de las excepciones que competen para hacer ilusorias, y dexar sin efecto las acciones, por las quales se pide alguna cosa: y en este (continuando el orden debido) se trata de los pactos y convenciones que no producen accion, porque por su misma naturaleza son ineficaces para pedir en virtud de ellos, como quando se promete por dolo ó miedo; y generalmente se dice, que toda estipulacion sobre cosa torpe, es ineficaz para poder pedir en virtud de ella (1). Hay tambien otras especies de pactos ó convenciones, que aunque al principio sean eficaces, despues se hacen ineficaces: sobre lo qual se dirá por su orden con la extension que corresponde.

Ulpianus *lib.* 76 *ad Edictum.*

Concuerda con la ley 3 *tit.* 11 *Part.* 3.

Lex I. *Jusjurando vicem rei judicatae obtinet: non immeritò: cum ipse quis judicem adversarium suum de causa sua fecerit, deferendo ei jusjurandum.*

Ley I. El juramento se tiene por sentencia pasada en autoridad de cosa juzgada: no sin razon; porque hizo juez de su propia causa á su contrario el que la dexó á su juramento.

Exposicion. Sobre el contenido de esta ley se ha dicho en su lugar (2).

Concuerda con la ley 3 *tit.* 11 *Part.* 3.

1 Si pupillus sine tutoris auctoritate detulerit jusjurandum, dicemus non obstare exceptionem istam, nisi tutore auctore in judicio delatio facta sit.

1 Si el pupilo sin la autoridad de su tutor pidiese que jurase la contraria, dirémos que no obsta esta excepcion: á no ser que el juramento judicial lo pidiese con la autoridad del tutor.

(1) *Ley* 26 *tit.* 1 *lib.* 45 *Dig.* (2) *Ley* 2 *tit.* 2 *lib.* 12 *Dig.*

Exposicion. Sobre el contenido de este párrafo se ha dicho en su lugar (1).

2 *Si petitor fundi jusjurandum detulerit adversario, ut si auctor ejus jurasset suum fundum se tradidisse, ab ea controversia discessurum se: exceptio possessori fundi dabitur.*

2 Si el que pedia un fundo dixese que si el contrario jurase que él se lo habia entregado, se apartaria de la controversia: al poseedor del fundo le competerá excepcion.

Exposicion. Sobre el contenido de este párrafo tambien se ha dicho en su lugar (2).

Concuerda con la ley 17 tit. 9 Part. 3.

3 *Si fidejussor juravit: si quidem de sua persona tantùm juravit, quasi se non esse obligatum, nihil reo proderit: si verò in rem juravit: dabitur exceptio reo quoque.*

3 Si el fiador jurase: si solo juró respecto su propia persona que él no estaba obligado, nada le aprovecha al deudor; pero si juró que no se debia lo que pedia, tambien competerá al reo esta excepcion.

Exposicion. Sobre el contenido de este párrafo se ha dicho en su lugar (3).

4 *Si manumisero eum servum qui negotia mea gesserat in servitute: deinde stipulatus ab eo fuero quod negotia mea gesserit, quidquid ob eam rem, si tunc liber fuisset eum mihi dare oporteret, id dari, deinde ex stipulatu agam: non summoveri me exceptione: neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum ex re patroni non faciat.*

4 Si diese libertad al siervo que administró mis negocios quando era siervo, y despues me prometiese por estipulacion administrar mis negocios, todo lo que me deberia dar por esta razon, si hubiera sido libre quando los administró, y despues le pidiese en virtud de la estipulacion, no le competerá excepcion contra mí, ni el liberto se puede quejar de que se le gravó por esta razon, si no se quedó con lo que hurtó del patrimonio del patrono.

Exposicion. Sobre el contenido de este párrafo se ha dicho en su lugar (4).

Concuerda con la ley 4 título 3 libro 6 Cod.

5 *Quae onerandae libertatis causa stipulatus sum à liber-*

5 Lo que estipulé que me habia de dar el liberto porque le die-

(1) *Ley* 17 §. 1 *tit.* 2 *lib.* 12 *Dig.* (2) *Ley* 39 *tit.* 2 *lib.* 12 *Dig.* (3) *Ley* 42 §. 1 *tit.* 2 *lib.* 12 *Dig.* (4) *Ley* 17 *tit.* 5 *lib.* 3 *Dig.*

to, exigere non possum. Onerandae autem libertatis causa facta bellissimè ita definiuntur, quae ita imponuntur, ut si libertus patronum offenderit, petantur ab eo, semperque sit metu exactionis ei subjectus: propter quem metum quodvis sustineat patrono praecipiente.

se la libertad, no lo puedo pedir. Se dice que se da por causa de la libertad lo que se da con la condicion de que si el liberto ofendiese al patrono, se la pueda pedir; y que siempre está con el temor de que se le pueda pedir; por cuyo miedo deberá estar obediente al patrono.

Exposicion. La promesa ó estipulacion que expresa este párrafo, no es válida, y en él se refiere quándo se entiende que se promete como gravámen por causa de la libertad. La ley de Partida (1) dice, que el patrono pierde en este caso el derecho de sucesion á los bienes del liberto.

6 *In summa, si incontinenti impositum quid sit liberto quod ἐπιωρȣμένον oneret ejus libertatem: dicendum est exceptioni locum facere. Sed si post intervallum, habet quidem dubitationem: quia nemo eum cogebat hoc promittere: sed idem erit probandum et hic, tamen causa cognita, si liquidò appareat libertum metu solo, vel nimia patrono reverentia ita se subjecisse, ut vel poenali quadam stipulatione se subjiceret.*

6 Finalmente, si inmediatamente se puso luego al liberto algun gravámen por causa de la libertad, se ha de decir que tiene lugar esta excepcion; pero si despues de algun tiempo, ciertamente se puede dudar, porque ninguno le obligaba á que prometiese: lo mismo se ha de decir si con conocimiento de causa se justificase claramente que el liberto, ó por demasiado respeto al patrono, ó por solo miedo, se obligó á alguna pena por estipulacion.

Exposicion. En este párrafo se continúa la especie del antecedente.

7 *Si libertatis causa societatem libertus cum patrono coierit, et patronus cum liberto pro socio agat: an haec exceptio sit necessaria? Et puto ipso jure tutum esse libertum adversùs exactionem patroni.*

7 Si el liberto contraxese con el patrono compañía por causa de la libertad, ¿acaso tendrá lugar esta excepcion? Juzgo que el liberto no está obligado por derecho á pagar al patrono.

Exposicion. Sobre el contenido de este párrafo se ha dicho en su lugar (2).

8 *Exceptionem onerandae*

8 Se ha de entender que la

---

(1) *Ley* 11 *tit.* 22 *Part.* 4. (2) *Ley* 36 *tit.* 1 *lib.* 38 *Dig.*

libertatis causa, sicut et caeteras fidejussori non esse denegandas sciendum est: nec ei quidem qui rogatu liberti reus factus est: sed et ipsi liberto, sive procurator ad defendendum à reo datus fuerit, sive heres ei extiterit. Cùm enim propositum sit Praetori, in hujusmodi obligationibus reo succurrere: non servaturum propositum suum, nisi fidejussorem quoque et eum qui rogatu liberti reus factus fuerit, adversus patronum defenderit. Etenim parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare: an per interpositam fidejussoris vel rei personam.

excepcion del gravámen por causa de la libertad; compete al fiador del mismo modo que las demas, y al que por ruego del liberto se obligó á pagar por él: tambien compete al mismo liberto, y al procurador que se nombró para pedir que jurase el deudor, y á su heredero; porque siendo la intencion del Pretor en semejantes obligaciones favorecer al reo, no se verificaria su intencion, si no se defendiese tambien contra el patrono al fiador, y al que por haberle rogado el liberto se hubiese obligado á pagar; pues importa muy poco que inmediatamente se obligue el liberto á dar al patrono, ó por medio de su fiador, ó del que se obligó á pagar por él.

Exposicion. Continúa en este párrafo la especie de los antecedentes.

9 Sive autem ipsi patrono sit promissum, sive alii voluntate patroni: onerandae libertatis causa videtur factum: et ideo haec exceptio locum habebit.

9 Ya sea que se haya prometido al mismo patrono, ó á otro con la voluntad de él, parece que se prometió por causa de la libertad; y por esto tendrá lugar esta excepcion.

Exposicion. Sigue en este párrafo la especie de los antecedentes, y sobre su contenido se ha dicho en su lugar (1).

10 Quòd si patronus libertum suum delegaverit creditori, an adversùs creditorem cui delegatus promisit libertatis onerandae causa, exceptione ista uti possit, videamus. Et Cassius existimasse Ursejum refert, creditorem quidem minimè esse

10 Pero si el patrono obligase á su liberto á que pagase lo que él debia á otro, hemos de ver si tendrá lugar esta excepcion contra el acreedor á quien el liberto se obligó á pagar por causa de la libertad. Casio dice, que juzgó Urseyo que de ningun modo compe-

(1) *Ley* 32 *tit.* 1 *lib.* 28 *Dig.*

summovendum exceptione, quia suum recepit: verumtamen libertum patrono posse condicere, si non transigendae controversiae gratia id fecit.

te excepcion contra el acreedor, porque pide lo que se le debe; pero que al liberto le compete condiction contra el patrono, si esto no lo hizo por causa de transigir la controversia.

Exposicion. En el caso de este párrafo se distinguirá segun se expresa en él.

11 *Item si libertus debitorem suum patrono delegaverit, nulla exceptione summovendus est patronus: sed libertus à patrono per condictionem hoc repetet.*

11 Pero si el patrono se obligó á pagar lo que debia el liberto, no competerá excepcion alguna contra el patrono; pero al liberto le competerá condiction para repetirlo del patrono.

Exposicion. El liberto puede usar de la *condiction sine causa* en el caso de este párrafo, como se expresa en él.

12 *Haec exceptio non tantùm ipsi liberto, verum successoribus quoque liberti danda est: et versa vice heredem patroni summovendum, si haec persequatur, sciendum est.*

12 Se ha de saber que compete esta excepcion, no solo al mismo liberto, sino tambien á sus sucesores; y al contrario, compete contra el heredero del patrono, si se le pidiese.

Exposicion. En este párrafo se expresa á quién compete la excepcion de que se trata.

Paulus *lib.* 71 *ad Edictum.*

Lex II. *Si filiofamilias delatum sit jusjurandum, et juraverit patrem suum dare non oportere: danda est patri exceptio.*

Ley II. Si se pidió que jurase el hijo de familias, y juró que su padre no debia dar, compete excepcion al padre.

Exposicion. Sobre el contenido de esta ley se ha dicho en su lugar.

1 *Si in alea rem vendam, ut ludam, et evicta re conveniar, exceptione summovebitur emptor.*

1 Si vendiese alguna cosa para pagar estando jugando, y habiéndola recuperado su señor, fuese reconvenido, al comprador le obstará esta excepcion.

Exposicion. En el caso de este párrafo, aunque sea válida la venta (1), se puede rescindir; por lo qual se dice que compete excepcion contra el comprador.

(1) *Ley* 8 §. 1 *tit.* 1 *lib.* 18 *Dig.*

2 *Si servus promittat domino pecuniam ut manumittatur, cùm aliàs non esset manumissurus dominus: eamque liber factus spondeat: dicitur non obstare exceptionem patrono, si eam petat: non enim onerandae libertatis causa haec pecunia promissa est: alioquin iniquum est dominum et servo carere, et pretio ejus. Totiens ergo onerandae libertatis causa pecunia videtur promitti, quotiens sua sponte dominus manumisit, et propterea velit libertum pecuniam promittere, ut non exigat eam, sed ut libertus eum timeat, et obtemperet ei.*

2 Si el siervo prometiese alguna cantidad á su señor para que le diese la libertad, no queriendo dársela de otro modo, y la volviese á prometer despues de libre: si el patrono la pidiese, se dice que no le obsta excepcion, porque no se prometió como gravámen por causa de la libertad; pues de lo contrario seria injusto que el señor careciese del siervo y de su importe. Parece que se promete dinero por causa de la libertad, siempre que el señor da la libertad voluntariamente; y por esto quiere que el liberto prometa dinero, no para cobrarlo, sino para que tema que lo cobre, y le respete.

Exposicion. En este párrafo se expresa quándo se entiende que el siervo promete por causa de su libertad.

TITULO VI.

De litigiosis.

Concuerda con el tit. 37 *lib.* 8 *Cod.* y *el* 13 *collat.* 8 *novell.* 112.

En este título se trata de las excepciones que competen quando se enagenó la cosa litigiosa: se dice que lo es quando se suscita controversia sobre su dominio entre el que la pide, y el que la posee: para que se tenga por litigiosa no es necesario que se haya contestado el pleyto: basta que se haya hecho saber al reo el escrito de demanda. La pena del que compraba la cosa litigiosa por Derecho antiguo era, que si la pedia al que contestó el pleyto, se daba excepcion contra él y contra su heredero, si sabia que era litigiosa: hoy se impone otra pena al que da y al que recibe la cosa litigiosa: el que sabiendo que lo era la recibe por título de compra, donacion ó qualquiera otro contrato, está obligado á restituirla; y el precio que dió por ella se aplica al fisco; y al que la enagenó se le confisca otra tanta cantidad. Pero si el que la compró ignoraba que era litigiosa, la restituye, y se le devuelve lo que dió por ella, y se condena al vendedor á que le pague la tercera parte de su importe en pena del engaño, y las otras dos partes se aplican al fisco: lo qual tiene tambien lugar en las donaciones; pero se ha de entender, que en algunos casos tiene lugar la enagenacion de las cosas litigiosas; porque se pueden dar en dote y donacion *propter nupcias*, se pueden donar, legar, comprehenderse en la division de los bienes, y transigir sobre ellas.

Ulpianus *lib.* 76 *ad Edictum.*

Lex I. *Litigiosam rem*

Ley I. La denunciacion que

non facit denuntiatio quae impediendae venditionis causa fit.

se hace por impedir la venta, no hace la cosa litigiosa.

Exposicion. Para que la cosa se tenga por litigiosa ya se ha dicho en el proemio de este título, que es necesario que se haya hecho saber al poseedor el escrito del que la pide.

1 *Si inter Primum et Secundum sit lis contestata, et ego à Tertio emero, qui nullam controversiam patiebatur: videamus an exceptioni locus sit. Et putem subveniendum mihi: quia is qui mihi vendidit, nullam litem habuit: et quod fieri potest ut duo in necem ejus litem inter se jungant, qui cum ipso litigare non poterant. Si tamen cum procuratore, tutore, curatoreve alicujus judicium acceptum sit: consequens erit dicere, quasi cum ipso litigetur, ita eum ad exceptionem pertinere.*

1 Si se contestó algun pleyto entre Primo y Segundo; y yo comprase á Tercio, que no litigaba, veamos si acaso compete excepcion: y juzgo que se me ha de socorrer; porque el que me vendió no litigaba; y no se puede verificar que el pleyto entre los dos que litigan perjudique al que no litigaba con ellos. Pero si se contestó el pleyto con el procurador, tutor ó curador de alguno, es consiguiente que se diga lo mismo que si se litigase con él: y por esto le compete excepcion.

Exposicion. En el caso de este párrafo se dice, que no se compró la cosa litigiosa porque no la vendió el que litigaba.

Idem *lib.* 6 *Fideicommissorum.*

Lex II. *Si servus cum emerit scit, ignoravit autem dominus, vel contra: videndum est, cujus potiùs spectanda sit scientia. Et magis est, ut scientia inspicienda sit ejus qui comparavit, non ejus cui adquiretur: et ideo poena litigiosi competit: sic tamen, si non mandatu domini emit: nam si mandatu, etiam si scit servus, dominus autem ignoravit, scientia non nocet: et ita Julianus in re litigiosa scribit.*

Ley II. Si quando el siervo compró alguna cosa sabia que se litigaba sobre ella, y lo ignoraba su señor, ó al contrario, se ha de ver la ciencia que perjudica; y se dirá que la del que compró, y no la de aquel para quien se adquiere; por lo qual tiene lugar la pena de cosa litigiosa. Esto se entiende si no compré por mandado del señor; porque si compré por su mandado, aunque lo sepa el siervo, si lo ignorase el señor, no le perjudica el que lo sepa, como escribe Juliano, respecto la cosa litigiosa.

Exposicion. Para decir que se compró la cosa litigiosa, se ha de mirar á la noticia del que compra, como dice esta ley, y en el caso que propone se distinguirá como se expresa en él.

Gajus *lib. 6 ad leg. duodecim tabularum.*

Lex III. *Rem de qua controversia est, prohibemur in sacrum dedicare: alioquin dupli poenam patimur: nec immeritò: ne liceat eo modo duriorem adversarii conditionem facere. Sed duplum utrum fisco, an adversario praestandum sit: nihil exprimitur. Fortassis autem magis adversario: ut id veluti solatium habeat pro eo quòd potentiori adversario traditus est.*

Ley III. La cosa litigiosa se prohibe que se haga sagrada baxo la pena del dos tanto: y no sin razon, para que de este modo no se haga peor la condicion de la contraria. Pero no se expresa si la pena del dos tanto se ha de aplicar al fisco ó á la parte contraria. Acaso se dirá con mas razon que á la parte contraria, para que le sirva de consuelo el haberla entregado á parte contraria mas poderosa.

Exposicion. La cosa litigiosa no se puede hacer religiosa, ni dedicarla al culto divino, por la razon que expresa la misma ley.

TITULO VII.

De obligationibus, et actionibus.

Concuerda con el tit. 10 lib. 4 Cod.

En este título se trata de las obligaciones y de las acciones. La obligacion se difine en esta forma: *Juris vinculum quo necessitate adstringimur alicujus rei solvendae gratia secundum nostrae civitatis jura*: desciende de contrato ó casi-contrato, de delito ó casi-delito, puede ser civil y natural, solo civil, ó solo natural. La accion se difine: *Jus persequendi in judicio quod alicui debetur.* Hay dos géneros de acciones: reales, que se dicen *vindicaciones*; y personales, que se llaman *condictiones*; y estas han de ser civiles ó pretorias, penales ó *rei persecutorias*, de buena fe ó *stricti juris*; y se dan por solo lo que importa, ó el dos, tres ó quatro tanto, y son perpetuas ó temporales. Aunque en qualquiera especie de obligacion se ha de verificar el consentimiento de los contrayentes, para la que es respecto la cosa, ha de intervenir alguna cosa ó hecho que se deba dar ó hacer, como se verifica en las de mutuo, comodato, &c. Para la obligacion verbal, como la estipulacion, es necesaria cierta fórmula de palabras; y para otras, como la que resulta de la venta, solo se necesita el consentimiento de los contrayentes.

Gajus *lib. 2 Aureorum.*

Lex I. *Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis causarum figuris.*

Ley I Las obligaciones resultan de contrato ó de delito, ó por cierto derecho propio por varias especies de causas.

Exposicion. En esta ley se expresa el orígen de donde proceden las obligaciones.

1 *Obligationes ex contractu, aut re contrahuntur, aut verbis, aut consensu.*

1 Las obligaciones que tienen su origen de contrato, ó se contraen interviniendo alguna cosa, ó por palabra, ó por consentimiento.

Exposicion. Continúa en este párrafo la especie de la ley antecedente, y expresa de qué modo se contraen las obligaciones *re*, *verbis*, *aut consensu*, sobre lo qual se ha dicho al fin del proemio de este título.

2 *Re contrahitur obligatio, mutui datione. Mutui autem datio consistit in his rebus quae pondere, numero mensurave constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea aliàs recepturi ejusdem generis et qualitatis.*

2 Se contrae obligacion respecto la cosa quando se da en mutuo, el qual consiste en las cosas que constan de peso, número ó medida, como el vino, aceyte, trigo y dinero, y las damos para que se hagan del que las recibe, y este vuelva otras del mismo género y calidad.

Exposicion. La obligacion de mutuo resulta del mismo contrato en entregar la cosa, y en este párrafo se expresa en las que puede consistir, sobre lo qual se ha dicho en su propio lugar.

3 *Is quoque cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur: sed is de ea ipsa re quam accepit, restituenda tenetur, et ille quidem qui mutuum accepit: si quolibet casu quod accepit amiserit, nihilo minùs obligatus permanet.*

3 Aquel á quien damos alguna cosa en comodato, se obliga á nosotros respecto la cosa; porque debe restituir lo que recibe: lo mismo se dice del que recibe en mutuo; pues si en algun caso perdiese lo que se le dió, esto no obstante queda obligado.

Exposicion. Continúa este párrafo expresando las obligaciones que resultan del mismo contrato, y habla del mutuo y comodato, sobre lo qual se ha dicho en sus respectivos lugares.

4 *Is verò qui utendum accepit: si majore casu, cui humana infirmitas resistere non potest, veluti incendio, ruina, naufragio, rem quam accepit amiserit, securus est: aliàs tamen exactissimam diligentiam custodiendae rei praestare compelli-*

4 El que recibe alguna cosa para usar de ella, si la perdiese por algun caso fortuito que no puede resistir la fuerza del hombre, como el incendio, ruina ó naufragio, queda libre; pero está obligado á guardarla con el mayor cuidado, y no obsta el

tur: nec sufficit ei eamdem diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire poterit. Sed et in majoribus casibus si culpa ejus interveniat, tenetur: veluti si quasi amicos ad coenam invitaturus, argentum quod in eam rem utendum acceperit, peregrè proficiscens secum portare voluerit, et id aut naufragio, aut praedonum hostiumve incursu amiserit.

que tiene con sus propias cosas, si otro lo pudiese tener mayor. Tambien se obliga por los casos fortuitos, si sucediéron por su culpa: v. g. si convidó á algunos amigos á cenar, y la plata que se le dió para servirse de ella en la cena, teniendo que hacer un viage largo, se la llevase consigo, y la perdiese por naufragio, ó se la robasen los ladrones.

Exposicion. En este párrafo se trata de la obligacion respectiva á aquel á quien se le concede el uso de alguna cosa.

5 *Is quoque apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur: qui et ipse de ea re quam acceperit, restituenda tenetur. Sed is etiam si negligenter rem custoditam amiserit, securus est. Quia enim non sua gratia accipit, sed ejus à quo accipit: in eo solo tenetur, si quid dolo perierit: negligentiae verò nomine ideo non tenetur, quia qui negligenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet: magnam tamen negligentiam placuit in doli crimine cadere.*

5 Aquel en quien depositamos alguna cosa, se obliga á nosotros respecto de ella; el qual se obliga tambien á restituirnosla. Pero este si por haber sido descuidado en guardarla la perdiese, no está obligado; porque no la recibió por utilidad suya, sino por beneficio del que se la entregó: y solo se obliga si perece por su dolo, y no se obliga por su negligencia; porque el que encarga la custodia de alguna cosa al amigo descuidado, se debe quejar de sí mismo: el grande descuido se quiso que se tuviese por dolo.

Exposicion. Del mutuo resulta tambiem obligacion, que procede del mismo contrato, como expresa este párrafo, sobre cuyo contenido se ha dicho en su lugar.

6 *Creditor quoque qui pignus accepit, re tenetur: qui et ipse de ea ipsa re quam accepit, restituenda tenetur.*

6 El acreedor que recibió la prenda, se obliga respecto de ella: tambien se obliga á volver lo mismo que se le entregó.

Exposicion. Del mismo contrato de prenda resulta tambien obligacion, sobre lo qual se ha tratado en su propio lugar.

7 *Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione et responsu: cùm quid dari fierive nobis stipulemur.*

6 *Cum quis sub hac conditione stipulatus sit, si rem sacram aut religiosam Titius vendiderit, vel forum aut basilicam, et hujusmodi res quae publicis usibus in perpetuum relictae sint, ubi omnino conditio jure impleri non potest: vel id facere ei non liceat: nullius momenti fore stipulationem, proinde ac si ea conditio quae natura impossibilis est, inserta esset. Nec ad rem pertinet, quòd jus mutari potest: et id quod nunc impossibile est, postea possibile fieri. Non enim secundum futuri temporis jus, sed secundum praesentis aestimari debet stipulatio.*

6 Quando alguno estipuló baxo de esta condicion: Si alguno vendiese la cosa sagrada ó religiosa, ó la plaza ó el templo, ú otras cosas semejantes que están destinadas perpetuamente á los usos públicos, cuya condicion absolutamente no se puede cumplir segun derecho, ó no es lícito hacer, es nula la estipulacion, del mismo modo que si se hubiese comprehendido en ella la condicion que por su naturaleza es imposible; y no es del caso que el Derecho pueda variar, y que lo que ahora es imposible, despues sea posible; porque la estipulacion no se ha de juzgar conforme al derecho del tiempo futuro, sino segun el presente.

Exposicion. La estipulacion que expresa este párrafo se tiene por imposible segun Derecho; y por consiguiente es nula, como en él se refiere.

7 *Si ut aliquid fiat stipulemur: et usitatius et elegantius esse Labeo ait, sic subjici poenam, si ita factum non erit. At cum quid ne fiat stipulemur, tunc hoc modo si adversus ea factum erit. Et cum alia fieri, alia non fieri, conjunctè stipulemur, sic comprehendendum: si non feceris, si quid adversus ea feceris.*

7 Si estipulásemos que se haga alguna cosa, dice Labeon, que es mas usado y mejor que se estipule; pero en esta forma: Si no se hiciese así. Mas quando estipulamos que no se haga alguna cosa, entónces de esta manera: Si se hiciese lo contrario. Y quando estipulásemos copulativamente que se hagan unas cosas y otras, no se ha de estipular en esta forma: Si no hicieses, si hicieses alguna cosa contra lo expresado.

Exposicion. Quando en la estipulacion se necesite imponer pena, se estipulará en los términos que expresa este párrafo.

8 *Praeterea sciendum est, quòd dari stipulemur, non posse nos, uni ex heredibus adquiri: sed necesse esse omnibus adquiri. At cum quid fieri stipulemur: etiam unius personam rectè comprehendi.*

8 A mas de esto se ha de saber que quando estipulamos que se ha de dar, no podemos adquirir para uno de nuestros herederos; porque es necesario adquirir para todos. Pero quando estipulamos que se ha de hacer alguna cosa, se comprehende tambien la persona del uno.

Exposicion. En este párrafo se expresa la diferencia que hay respecto la transmision á los herederos, quando la estipulacion es de que se haga o que se dé alguna cosa; pues en el primer caso se puede adquirir determinadamente para uno de los herederos; y en el segundo precisamente se adquiere para todos, segun expresa el mismo párrafo.

Idem *lib.* 4 *Stipulationum.*

Lex CXXXVIII. *Eum qui certarum nundinarum diebus dari stipuletur, primo die petere posse Sabinus ait: Proculus autem et caeteri diversae scholae auctores, quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarum spatio superesset, peti posse existimant: sed ego cum Proculo sentio.*

Ley CXXXVIII: Quando estipulamos que se ha de dar en algun dia de las ferias, dice Sabino, que se puede pedir en el primer dia. Próculo y los demás autores de la escuela contraria juzgan, que se puede pedir quando falta poco tiempo para que se acaben las ferias. Yo soy de la opinion de Próculo.

Exposicion. En el caso de esta ley se conforma el Jurisconsulto Venuleyo con la opinion de Próculo.

1 *Cum purè stipulatus sum illud aut illud dari: licebit tibi quotiens voles mutare voluntatem in eo quod praestaturus sis: quia diversa caussa est voluntatis expressae, et ejus quae inest.*

1 Si se estipuló que se habia de dar de tal ó tal cosa, te será permitido siempre que quieras mudar la voluntad respecto de aquello que has de dar; porque es diferente la causa de la voluntad expresa, que la que se contiene implícitamente.

Exposicion. La razon de la decision del caso de este párrafo se expresa en él; sobre cuyo contenido se ha dicho tambien en este título (1).

Idem *lib.* 6 *Stipulationum.*

Lex CXXXIX. *Cum ex*

Ley CXXXIX. Quando

(1) *Ley* 112 *de este tit.*

causa duplae stipulationis aliquid intendimus, venditoris heredes in solidum omnes conveniendi sunt, omnesque debent subsistere: et quolibet eorum defugiente, caeteris subsistere nihil prodest: quia in solidum defendenda est venditio, cujus indivisa natura est. Sed cum uno defugiente omnes defugisse videantur, ideoque omnes teneantur: unicuique pro parte hereditaria praestatio incumbit.

pedimos alguna cosa por causa de la estipulacion doble, han de ser reconvenidos todos los herederos del vendedor, y todos se deben presentar; y si hubiese alguno de ellos, no aprovecha que se presenten los demás; porque la venta que por su naturaleza es indivisible, se ha de defender *in solidum*; pues como parece que si uno huye, huyen todos: por esta razon todos se obligan, y cada uno debe pagar lo que le corresponde segun su parte de herencia.

Exposicion. En la misma ley se expresa la razon por que deben ser reconvenidos *in solidum* los herederos en el caso que en ella se propone.

Paulus *lib.* 3 *ad Neratium.*

Lex CXL. *Pluribus rebus praepositis ita stipulatio facta est: Ea omnia quae suprascripta sunt, dari? propius est ut tot stipulationes quot res sint.*

Ley CXL. Habiéndose propuesto muchas cosas, se estipuló de este modo: Darás todas las cosas expresadas? Es mas cierto que hay tantas estipulaciones como cosas.

Exposicion. En el caso de esta ley se dice, que hay otras tantas estipulaciones como son las cosas que en ella se contienen, segun se ha expresado en este título (1).

1 *De hac stipulatione: Annua bima trima die id argentum quaque die dari? apud veteres, varium fuit. Paulus. Sed verius, et hîc tres esse trium summarum stipulationes.*

1 En quanto á esta estipulacion: Anualmente cada dos ó tres dias darás esta plata en qualquiera dia? opináron con variedad los antiguos. Paulo dice, que es mas cierto que en este caso hay tres estipulaciones de tres sumas.

Exposicion. Los Jurisconsultos antiguos estubiéron discordes en el caso de este párrafo; pero se determinó que habia tres estipulaciones distintas.

2 *Et si placeat extingui obligationem, si in eum casum inciderit, à quo incipere non*

2 Aunque está determinado que se extingue la obligacion, si ocurriese el caso en que en aquel

(1) *Ley 29 de este tit.*

potest : non tamen hoc in omnibus verum est. Ecce stipulari viam , iter , actum ad fundum communem , socius non potest : et tamen si is qui stipulatus fuerat duos heredes reliquerit , non extinguitur stipulatio. Et per partem dominorum servitus adquiri non potest , adquisita tamen conservatur et per partem domini: hoc evenit , si pars praedii servientis , vel cui servitur , alterius domini esse coeperit.

tiempo no seria válida , esto no es cierto en todos los casos : v. g. el socio no puede estipular via, iter ó acto para el fundo comun; y con todo si el que estipuló dexase dos herederos, no se extingue la estipulacion. La servidumbre tampoco se puede adquirir en parte por dos señores ; pero adquirida, la conservan por la parte de dominio de cada uno , si la parte del predio que la debe ó á quien la debe la adquiriese alguno de los señores.

Exposicion. En este párrafo se expresa quándo tiene lugar lo que se dice por regla general que cesa la estipulacion quando llega el caso en que no deberia valer.

Gajus *lib.* 2 *de Verborum obligationibus.*

Lex CXLI. *Si servus aut filiusfamilias ita stipulatus sit: Illam rem aut illam, utram ego velim: non pater dominusve, sed filius , servusve destinare de alterutra debet.*

Ley CXLI. Si el siervo ó el hijo de familias estipuló en esta forma : Tal cosa la que yo quiera ; no puede elegir el padre ó el señor , sino el hijo ó el siervo.

Exposicion. La facultad de elegir es personal , y por esto se dice en el caso de esta ley que no pasa al padre ni al señor.

1 *Extranei quoque persona si comprehensa fuerit , veluti hoc modo : Utram earum Titius elegerit: non aliter stipulator alterutrius petendae facultatem habet , quàm si Titius elegerit.*

1 Si se comprehendió la persona extraña de este modo: La que eligiese Ticio de los dos; el que estipuló , no puede pedir de otro modo que si eligiese Ticio.

Exposicion. En este párrafo se continúa la especie de la ley antecedente.

2 *Pupillus licet ex quo fari coeperit , rectè stipulari potest : tamen si in parentis potestate est , nec auctore quidem patre obligatur : pubes verò qui in*

2 El pupilo , aunque puede estipular desde que entiende lo que habla , con todo si está en la potestad del ascendiente , no se obliga sino interviniendo la autoridad del padre ; pero el que lle-

potestate est, proinde ac si paterfamilias obligari solet. Quod autem in pupillo dicimus, idem et in filiafamilias impubere dicendum est.

gó á la pubertad que está en la potestad, se puede obligar del mismo modo que si fuera padre de familias. Lo que decimos del pupilo, se ha de decir tambien de la hija de familias que aún no ha llegado á la pubertad.

Exposicion. El pupilo puede adquirir por estipulacion, y obligarse en los términos que expresa este párrafo.

3 *Si ita fuero stipulatus: Mihi aut Titio? et tu mihi daturum te spondeas: secundum omnium opinionem ad interrogatum te respondere: quia constat mihi soli adquiri obligationem: Titio autem dumtaxat rectè solvitur.*

3 Si estipulé en esta forma A mí ó á Ticio? y tú prometieses darme á mí: segun la opinion de todos, respondiste á la pregunta; porque consta que solo yo adquiero obligacion, y que solo se puede pagar á Ticio.

Exposicion. En el caso de este párrafo adquiere para sí el que estipuló; pero se puede pagar á Ticio, como dice el mismo párrafo.

4 *Si inter eos qui Romae sunt, talis fiat stipulatio: Hodie Carthagine dare spondes? quidam putant non semper videri impossibilem causam stipulationi contineri: quia possit contingere, ut tam stipulator quàm promissor ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit, in eum diem futuram stipulationem: ac demandasset promissor quidem suo dispensatori, ut daret: stipulator autem suo, ut acciperet: quòd si ita factum fuerit, poterit valere stipulatio.*

4 Si los que están en Roma estipulasen en esta forma: Prometes dar hoy en Cartago? juzgan algunos que no siempre ha de parecer que es imposible la causa de la estipulacion; porque puede acontecer que tanto el que estipuló, como el que prometió cada uno antecedentemente hiciese saber á su administrador, que habian de estipular en aquel dia, y haberle mandado el que prometió á su administrador que diese; y el que estipuló al suyo que lo recibiese: lo que si fuese así, será válida la estipulacion.

Exposicion. La estipulacion que expresa este párrafo se tiene por imposible: á no ser que haya precedido lo que se expresa en él.

Concuerda con la ley 7 tit. 11 Part. 5.

5 *Cum mihi aut Titio sti-*

5 Quando estipulo para mí

pulor, dicitur aliam quidem rem in personam meam, aliam in Titii designari non posse: veluti mihi decem, aut Titio hominem; si verò Titio ea res soluta sit quae in ejus persona designata fuerit: licet ipso jure: non liberetur promissor, per exceptionem tamen defendi possit.

ó para Ticio, se dice que no se puede señalar una cosa respecto de mi persona, y otra respecto la de Ticio, v. g. A mí diez, ó á Ticio un siervo; pero si se pagase á Ticio aquello que se señaló respecto su persona, aunque el que prometió no se libre de la obligacion segun derecho, le compete excepcion.

Exposicion. Aunque en el caso de este párrafo no se libre de la obligacion el que prometió, le compete excepcion si le pide el acreedor, como expresa el mismo párrafo. Segun la ley de Partida concordante al que se mencionó en la estipulacion como adjunto, solo se le puede pagar; y para este fin se entiende que se nombró.

6 *Tempora verò diversa designari posse, velut: Mihi kalendas Januariis aut Titio kalendis Februariis? imò etiam citeriorem diem in Titii personam conferri posse: veluti: Mihi kalendis Februariis, Titio kalendis Januariis? quo casu talem esse stipulationem intelligemus: Si Titio kalendis Januariis non dederis, mihi kalendis Februariis dare spondes?*

6 Pero se pueden señalar diversos tiempos, v. g. A mí en las kalendas de Enero, ó á Ticio en las kalendas de Febrero; por mejor decir el dia anterior se puede señalar respecto de Ticio, v. g. A mí en las kalendas de Febrero, y á Ticio en las de Enero; en cuyo caso entenderemos que se estipuló en esta forma: Si no dieses á Ticio en las kalendas de Enero, prometes darme á mí en las kalendas de Febrero?

Exposicion. Continúa en este párrafo la especie de la antecedente, y dice, que la estipulacion que en él se contiene se ha de entender como se expresa al fin de él.

7 *Sed rursus mihi quidem purè, aut Titio sub conditione stipulari possum. Contrà verò si mihi sub conditione, aut Titio purè: inutilis erit tota stipulatio: nisi in meam personam conditio extiterit: scilicet quia nisi quod ad me vim acceperit obligatio, adjectio nihil potest va-*

7 Tambien puedo estipular para mí sin condicion, y para Ticio baxo de ella. Por el contrario, si estipulé para mí baxo de condicion, ó para Ticio sin ella, será inutil toda la estipulacion: á no ser que se verifique respecto mi persona; conviene saber, que si la obligacion no fué válida respecto de mí, no puede valer.

lere. Hoc tamen ita demum tractari potest, si evidenter apparet purè Titii persona adjecta: alioquin cum ita stipulor: Si navis ex Africa venerit, mihi aut Titio dari spondes? Titii quoque persona sub eadem conditione adjici videtur.

Tambien se puede decir lo mismo si manifiestamente apareciese que respecto de Ticio fué pura la estipulacion; pues de lo contrario si estipuló en esta forma: Si viniese la nave de la Africa me prometes dar á mí ó á Ticio? la persona de este parece que se expresó baxo la misma condicion.

Exposicion. Quando se estipula como dice este párrafo, se distinguirá segun se expresa en él.

8 *Ex hoc apparet, si diversa conditio in meam personam, diversa in Titii posita sit, nec in meam personam extiterit, poterit vel Titio solvi: si verò in illius persona defecerit: quasi non adjectus habebitur.*

8 De lo qual se manifiesta, que si es diferente la condicion respecto mi persona que la de Ticio, y no se verificase respecto la mia, se puede pagar á Ticio; pero si faltase respecto la persona de este, no se tendrá por comprehendido en la estipulacion.

Exposicion. Sigue en este párrafo la especie del antecedente.

9 *Ex his omnibus apparet licet alterius persona non rectè adjiciatur: non ideo minus in nostra persona utiliter procedere stipulationem.*

9 De todas estas cosas se manifiesta, que aunque no se pueda expresar la persona de otro, esto no obstante es util la estipulacion respecto la nuestra.

Exposicion. En el caso de este párrafo es util la estipulacion respecto del que estipuló. Ya se ha dicho que por Derecho Real el que se nombra en la estipulacion, se entiende que es solo para recibir lo que se estipula.

TITULO II.

De duobus reis constituendis.

Concuerda con el título 40 *libro* 8 *Cod.*

Se llaman reos de estipular los que estipulan alguna cosa; y reos de prometer los que por la estipulacion se obligan á dar lo que se estipuló; pues así como uno solo se puede obligar, ú obligar á otro por estipulacion, por medio de ella puede resultar obligacion activa y pasiva respecto muchas personas, con tal que estipulen y prometan a un mismo tiempo, de modo que no se verifiquen distintas estipulaciones, como se dirá en este título.

Modestinus *lib.* 2 *Regularum.*

Lex I. *Cui stipulatur, reus*

Ley I. El que estipula se di-

stipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur.

ce reo de estipular; y el que promete reo de prometer.

Exposicion. En esta ley se expresa quien se dice reo de estipular, y reo de prometer, sobre lo qual se ha dicho en el proemio de este título.

Javolenus *lib.* 3 *ex Plautio.*

Lex II. *Cum duo eamdem pecuniam aut promiserint aut stipulati sunt: ipso jure et singuli in solidum debentur, et singuli debent: ideoque petitione, acceptilatione unius, tota solvitur obligatio.*

Ley II. Quando dos ó prometiéron ó estipuláron una misma cantidad, por derecho se debe á cada uno *in solidum*, y cada uno la debe; por lo qual por la peticion y aceptilacion del uno, se disuelve toda la obligacion.

Exposicion. En el caso que se propone en esta ley, pagando el que prometió á qualquiera de los acreedores, se libra absolutamente de la obligacion; y qualquiera de estos puede reconvenir al reo ó reos por el todo de lo que prometió, segun se expresa en ella.

Ulpianus *lib.* 47 *ad Sabinum.*

Lex III. *In duobus reis promittendi frustra timetur novatio: nam licet ante prior responderit, posterior et si ex intervallo accipiatur, consequens est dicere, pristinam obligationem durare, et sequentem accedere: et parvi refert, simul spondeant, an separatim prommittant: cum hoc actum inter eos sit, ut duo rei constituantur: neque ulla novatio fiet.*

Ley III. En quanto á dos reos de prometer, en vano se teme la novacion; porque aunque se respondiese á presencia del primero, y el segundo la acepte despues de algun tiempo, es consiguiente decir que dura la obligacion anterior, y se le agrega la siguiente, y nada importa que prometan junta ó separadamente; porque esto se trató entre los dos, para que se constituyan dos reos, y no se verifique novacion.

Exposicion. La razon de la decision del caso de esta ley, se expresa en ella.

1 *Ubi duo rei facti sunt: potest vel ab uno eorum solidum peti. Hoc est enim duorum reorum, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus, possitque ab alterutro peti: et partes autem à singulis peti posse, nequaquam du-*

1 Quando se obligáron dos deudores, se puede pedir *in solidum* á qualquiera de ellos; esto es, no se duda que los dos son deudores, de modo que estan obligados *in solidum*, y se le pueda pedir el todo á qualquiera de ellos: tampoco se duda que á ca-

bium est: quemadmodum et à reo et fidejussore petere possumus: utique enim cum una sit obligatio, una et summa est: ut sive unus solvat, omnes liberentur: sive solvatur ab altero, liberatio contingat.

da uno se le puede pedir respecto su parte, del mismo modo que se puede pedir al deudor y á su fiador: ciertamente siendo una misma la obligacion, es tambien una misma la cantidad, para que si uno la paga, se libren los demás; y aunque se pague á alguno, se disuelva la obligacion.

Exposicion. Sobre el contenido de este párrafo se puede ver la ley de Partida (1), que dice, que si muchos se obligáron *in solidum*, el acreedor no puede reconvenir á qualquiera de ellos por el todo de la deuda: á no ser que los demás estubiesen ausentes, ó no tubiesen para pagar.

Pomponius *lib.* 24 *ad Sabinum.*

Lex IV. *Duo rei promittendi, sive ita interrogati: Spondetis, respondissent, spondeo: aut, spondemus: sive ita interrogati, spondes? respondissent, spondemus: rectè obligantur.*

Ley IV. Si á dos reos de prometer se les preguntó de esta manera: Prometeis; y respondiesen: Prometo, ó prometemos; ó se les preguntó así: Prometes? y respondiesen: Prometemos; se obligan.

Exposicion. En el caso de esta ley se obligan *in solidum* los que prometen; porque pueden responder al que estipula, ó á los que estipulan en los términos que expresa.

Julianus *lib.* 22 *Digestorum.*

Lex V. *Nemo est qui nesciat alienas operas promitti posse, et fidejussorem adhiberi in ea obligatione: et ideo nihil prohibet duos reos stipulandi constitui, vel promittendi: sicuti si ab eodem fabro duo rei stipulandi easdem operas stipulentur, et ex contrario duo fabri ejusdem peritiae easdem operas promittere intelliguntur, et duo rei promittendi fieri.*

Ley V. Ninguno hay que ignore que se pueden prometer las obras agenas, y darse fiador por esta obligacion; por lo qual no se prohibe que se constituyan dos reos de estipular ó de prometer: v. g. si de un mismo artífice estipulasen unas mismas obras dos reos de estipular; por el contrario, dos artífices de un mismo arte se entiende que prometen unas mismas obras, y que se constituyen dos reos de prometer.

---

(1) *Ley* 10 *tit.* 12 *Part.* 5.

Exposicion. La obligacion ó promesa de hacer se gobierna por las mismas reglas que la de dar, segun expresa esta ley.

Idem *lib.* 52 *Digestorum.*

Lex VI. *Duos reos promittendi facturus, si utrumque interrogavero, sed alter dumtaxat responderit, verius puto, eum qui responderit, obligari: neque enim sub conditione interrogatio in utriusque persona fit, ut ita demum obligetur, si alter quoque responderit.*

Ley VI. Si á dos reos de prometer hacer, se les preguntase á entrambos, y solo uno respondiese, tengo por mas cierto que se obliga el que responde; porque la pregunta no es baxo de condicion respecto la persona de uno y otro, para que tambien se obligue si el uno respondiese.

Exposicion. En el caso de esta ley solo se obliga el que promete, y adquiere obligacion aquel á quien se promete; porque la estipulacion solo es válida respecto de estos.

1 *Duobus autem reis constitutis, quin liberum sit stipulatori vel ab utroque vel ab altero dumtaxat, fidejussorem accipere, non dubito.*

1 Si se constituyesen dos rêos, no dudo que le es libre al que estipuló recibir fiador por solo el uno ó por los dos.

Exposicion. Aquel á quien prometiéron dos, puede recibir fiador respecto la obligacion del uno, como expresa este párrafo; pues esto no tiene conexîon con la estipulacion anterior.

2 *Sed si à duobus reis stipulandi interrogatus respondisset uni se spondere: ei soli tenetur.*

2 Si el que fué preguntado por dos reos de estipular, respondiese al uno que le prometia, solo se obliga á él.

Exposicion. Sobre el contenido de este párrafo se ha dicho en la exposicion á la e y anterior.

3 *Duo rei sine dubio ita constitui possunt, ut et temporis ratio habeatur intra quod uterque respondeat. Modicum tamen intervallum temporis, item modicus actus, qui modò contrarius obligationi non sit, nihil impedit quominus duo rei sint. Fidejussor quoque interrogatus inter duorum reorum responsa si res-*

3 Sin duda se pueden constituir dos reos, aunque medie algun espacio de tiempo entre la respuesta de uno y otro. Si tambien se le preguntase al fiador entre la respuesta de los dos deudores, y respondiese, parece que tampoco impide la obligacion de ellos; porque no media mucho tiempo, ni este es

ponderit, potest videri non impedire obligationem reorum: quia nec longum spatium interponitur, nec is actus qui contrarius sit obligationi.

un acto contrario á la obligacion.

Exposicion. Para que sea válida la estipulacion ya se ha dicho, y expresa la ley de Partida (1), que entre la pregunta del que estipula, y la respuesta del que promete, no se deben mezclar palabras extrañas del acto; por lo qual en el caso de este párrafo se dice que es válida la estipulacion.

Florentinus *lib.* 8 *Institutionum.*

Lex VII. *Ex duobus reis promittendi alius in diem vel sub conditione obligari potest: nec enim impedimento erit dies aut conditio quo minus ab eo qui purè obligatus est, petatur.*

Ley VII. De dos reos de prometer el uno se puede obligar baxo de dia ó condicion: y no impedirá el dia ó la condicion el que se le pida al que se obligó sin condicion ni dia.

Exposicion. No es contrario á lo substancial de la estipulacion que los que se obligan en virtud de ella, sea en los términos que expresa esta ley.

Ulpianus *lib.* 1 *Responsorum.*

Lex VIII. *His verbis: Eaque praestari stipulanti tibi spopondimus: interesse quid inter contrahentes actum sit: nam si duo rei facti sint: eum qui absens fuit, non teneri: praesentem autem in solidum esse obligatum: aut si minus, in partem fore obstrictum.*

Ley VIII. Estas palabras: Lo que por estipulacion prometimos que te se habia de dar; importa saber qué se trató entre los contrayentes; porque si se constituyéron dos reos, el que estaba ausente no se obliga; y el que estaba presente se obliga *in solidum*; y si no, solo en parte.

Exposicion. En el caso de esta ley se distinguirá como en ella se expresa; pues ya se ha dicho (2), que el que está ausente no se puede obligar por estipulacion.

Papinianus *lib.* 27 *Quaestionum.*

Lex IX. *Eamdem rem apud duos pariter deposui, utriusque fidem in solidum secutus: vel eamdem rem duobus similiter commodavi: fiunt duo rei promittendi: quia non tantùm ver-*

Ley IX. Deposité una misma cosa en dos juntamente, y cada uno se obligó *in solidum*: ó dí en comodato á dos del mismo modo: se constituyen dos reos de prometer; porque no solo se

(1) *Ley* 2 *tit.* 11 *Part.* 5. (2) *Ley* 1 *tit.* 1 *de este lib.*

bis stipulationis, sed et caeteris contractibus, veluti emptione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato, testamento: utputa si pluribus heredibus institutis testator dixit: Titius et Maevius Sempronio decem danto.

obligan por las palabras de la estipulacion, sino como en los demás contratos de venta, arrendamiento, depósito, comodato y testamento: como quando el testador instituyó muchos herederos, y dixo: Ticio y Mevio dad diez á Sempronio.

Exposicion. En el caso de esta ley se constituyen dos deudores *in solidum*, por la razon que en ella se expresa.

1 *Sed si quis in deponendo penes duos, paciscatur ut ab altero culpa quoque praestaretur: verius est non esse duos reos à quibus impar suscepta est obligatio. Non idem probandum est cum duo quoque culpam promisissent, si alteri postea pacto culpa remissa sit: quia posterior conventio quae in alterius persona intercessit, statum et naturam obligationis quae duos initio reos fecit, mutare non potest: quare si socii sint, et communis culpa intercessit: etiam alteri pactum cum altero factum proderit.*

1 Pero si alguno al tiempo de depositar en dos, pactase que el uno se haga tambien responsable á la culpa, es mas cierto que no son dos reos desigualmente obligados. No se ha de decir lo mismo quando dos se obligáron tambien á la culpa, y al uno se le remitió por pacto la responsabilidad de ella; porque el pacto posterior correspondiente al uno, no puede mudar el estado ni la naturaleza de la obligacion que al principio constituyó dos reos; por lo qual si fuesen socios, y la culpa fuese comun, el pacto del uno aprovechará al otro.

Exposicion. Continúa en este párrafo la especie de la ley antecedente, y en los casos que refiere se distinguirá como en él se contiene, por la razon que expresa.

2 *Cum duos reos promittendi facerem, et ex diversis locis Capuae pecuniam dari stipulatus sim: ex persona cujusque ratio proprii temporis habebitur: nam et si maximè parem causam suscipiunt, nihilominus in cujusque persona propria singulorum consistit obligatio.*

2 Quando dos que estaban en distintos lugares, se obligáron á hacer, y estipulé que me habian de dar alguna cantidad en Capua: se ha de dar á cada uno el tiempo que se regule necesario; pues aunque se obligáron por una misma causa, esto no obstante, la obligacion es respecto la persona de cada uno.

EXPOSICION. La razon por que en el caso de este párrafo se puede estipular segun se refiere, se expresa en él.

IDEM *lib.* 37 *Quaestionum.*

Lex X. *Si duo rei promittendi socii non sint, non proderit alteri quòd stipulator alteri reo pecuniam debet.*

Ley X. Si dos reos de prometer no fuesen socios, no aprovechará al uno la cantidad que debia, y estipuló el otro.

EXPOSICION. Quando se obligáron dos en virtud de estipulacion, se admitirá la compensacion de lo que el acreedor debiese á alguno de ellos, si los deudores fuesen socios, como expresa esta ley; y si no fuesen socios, se dirá lo contrario.

IDEM *lib.* 11 *Responsorum.*

Lex XI. *Reos promittendi vice mutua fidejussores non inutiliter accipi convenit: reus itaque stipulandi actionem suam dividere si velit (neque enim dividere cogendus est) poterit eumdem ut principalem reum, item qui fidejussor pro altero extitit, in partes convenire: non secus ac si duos promittendi reos divisis actionibus conveniret.*

Ley XI. Conviene que los reos de prometer puedan ser fiadores el uno del otro; y así el reo de estipular si quisiese dividir su accion, no se le ha de precisar á que la divida; porque podrá reconvenir á uno mismo como principal deudor; y tambien al que fué fiador del otro reconvenirle por el todo; y del mismo modo si reconviniese á dos reos de prometer por distintas acciones.

EXPOSICION. En el caso de esta ley los que se obligáron en virtud de estipulacion, se pueden obligar tambien como fiador el uno del otro, y ser reconvenidos en los términos que expresa la misma ley.

1 *Cùm tabulis esset comprehensum: Illum et illum centum aureos stipulatos: neque adjectum, ita ut duo rei stipulandi essent: virilem partem singuli stipulati videbantur.*

1 Si se expresó en la escritura: A aquel y á aquel los cien sueldos estipulados; y no de modo que fuesen dos reos de estipular, parece que cada uno estipuló su parte.

EXPOSICION. Siempre que no se justifique que los que prometiéron por estipulacion se obligáron *in solidum*, se entiende que cada uno se obligó respecto su parte.

2 *Et è contrario, cùm ita cautum inveniretur: Tot aureos rectè dari stipulatus est Julius Carpus: spopondimus ego Antoninus Achilleus, et*

2 Por el contrario, si se expresase: Si Julio Carpo estipuló que le habian de dar tantos sueldos; y Antonino Aquileyo y Cornelio Dío los prometiéron; son

Cornelius Dius, partes viriles deberi: quia non fuerat adjectum singulos in solidum spopondisse, ita ut duo rei promittendi fierent.

deudores de partes iguales; porque no se expresó que cada uno los prometia *in solidum*, de modo que se constituyesen dos reos de prometer.

Exposicion. Sigue en este párrafo la especie del antecedente, y por la estipulacion que expresa se entiende que cada uno se obligó respecto su parte.

Venulejus *lib. 2 Stipulationum.*

Concuerda con la ley 2 tit. 11 Part. 5.

Lex XII. *Si ex duobus qui promissuri sint, hodie alter, alter postera die responderit, promitto: non esse duos reos: ac ne obligatum quidem intelligi eum qui postera die responderat: cum actor ad alia negotia discesserit: vel promissor, licet peractis illis rebus responderit.*

Ley XII. Si de dos que habian de prometer, el uno respondiese el mismo dia, y el otro el dia siguiente, no son dos deudores; porque no se entiende que se obligó el que respondió el dia siguiente; porque el actor se divirtió en otros negocios, y el que prometió respondió despues de haber tratado otras cosas.

Exposicion. Sobre el contenido de esta ley se ha dicho en este título (1).

1 *Si à Titio et pupillo sine tutoris authoritate stipulatus fuero eadem decem, vel à servo, et quasi duos reos promittendi constitui: obligatum Titium solum Julianus scribit: quamquam si servus spoponderit, in actione de peculio eadem observari debent, ac si liber fuisset.*

1 Si estipulé de Ticio y del pupilo sin autoridad del tutor unos mismos diez, ó del siervo, y los constituí como dos reos de prometer: escribe Juliano que solo Ticio quedará obligado: aunque si el siervo prometiese en quanto á la accion de peculio, se debe observar lo mismo que si fuese libre.

Exposicion. En el caso de este párrafo solo se puede pedir á Ticio en virtud de la estipulacion; porque el pupilo no se puede obligar sin la autoridad de su tutor.

Idem *lib. 3 Stipulationum.*

Lex XIII. *Si reus promittendi altero reo heres extiterit: duas obligationes eum sustinere dicendum est. Nam ubi*

Ley XIII. Si el reo de prometer fuese heredero del otro reo, se ha de decir que recaen en él dos obligaciones; porque cómo

(1) *Ley* 6 §. 3 *de este tit.*

quidem altera differentia obligationum esse possit, ut in fidejussore et reo principali: constat alteram ab altera perimi. Cùm verò ejus dem duae potestatis sint: non potest reperiri qua altera potius quàm alteram consummari: ideoque et si reus stipulandi heres extiterit: duas species obligationis eum sustinere.

se pueden verificar dos distintas obligaciones, como la del fiador y la del deudor principal; pues es constante que la una se extingue por la otra; pero quando son igualmente principales, no se puede decir que la una se consume por la otra; por lo qual si el reo de estipular fuese heredero, está obligado por dos especies de obligaciones.

Exposicion. Quando las obligaciones son igualmente principales, como en el caso de esta ley, no se consume la una por la otra: lo contrario se dice si la una es principal, y la otra accesoria, segun se expresa en ella.

Paulus *lib.* 2 *Manualium.*

Lex XIV. *Et stipulationum praetoriarum duo rei fieri possunt.*

Ley XIV. Tambien se pueden constituir dos deudores por las estipulaciones pretorias.

Exposicion Tambien se pueden constituir muchos deudores *in solidum* en virtud de la estipulacion pretoria, como expresa esta ley.

Gajus *lib.* 2 *de Verborum obligationibus.*

Lex XV. *Si id quod ego et Titius stipulamur in singulis personis proprium intelligatur, non poterimus duo rei stipulandi constitui: veluti cum usumfructum, aut dotis nomine dari stipulemur: idque et Julianus scribit. Idem ait etsi Titius et Sejus decem, aut Stichum qui Titii sit, stipulati fuerint: non videri eos duos reos stipulandi: cum Titio decem tantum, Sejo Stichus aut decem debeantur: quae sententia eò pertinet, ut quamvis vel huic vel illi decem solverit, vel Sejo Stichum: nihilominus alteri obligatus maneat: sed dicendum*

Ley XV. Si lo que estipulamos yo y Ticio, se entendiese que es propio de cada uno, no nos podemos constituir dos reos de estipular: v. g. quando estipulamos el usufruto, ó que se nos ha de dar por causa de dote: como tambien escribe Juliano. Lo mismo dice si estipulasen diez Ticio y Seyo, ó que Estico sea de Ticio: no parece que son dos reos de estipular; porque solo se deben diez á Ticio, y á Seyo ó á Estico ó diez; cuya sentencia es para que aunque pague diez al uno ó al otro, ó á Estico á Seyo, esto no obstante quede el otro obligado; pero se ha de decir que

est, ut si decem alteri solverit, ab altero liberetur.

si al uno le pagase diez, queda libre del otro.

Exposicion. En los casos que se refieren en esta ley no se pueden constituir muchos deudores en virtud de la estipulacion; porque la adquisicion de la cosa estipulada no es permitida á todos.

Idem *lib.* 3 *de Verborum obligationibus.*

Lex XVI. *Ex duobus reis stipulandi si semel unus egerit: alteri promissor offerendo pecuniam, nihil agit.*

Ley XVI. Si son dos los reos de estipular, luego que se elige el uno, ofreciéndole el otro lo que se debe, es nula la promesa.

Exposicion. El deudor no tiene facultad de pagar sino al que le reconvino por la cosa estipulada; pues por la contestacion se extinguió el derecho de los demás acreedores, como se ha dicho (1); por lo qual dice esta ley en el caso que en ella se propone, que el deudor no puede pagar al acreedor con quien no habia contestado el pleyto.

Paulus *lib.* 8 *ad Plautium.*

Lex XVII. *Sive à certis personis heredum nominatim legatum esset, sive ab omnibus, excepto aliquo: Atilicinus, Sabinus, Cassius, pro hereditariis partibus totum eos legatum debituros ajunt: quia hereditas eos obligat. Idem est cum omnes heredes nominantur.*

Ley XVII. Ya se haya mandado entregar el legado á ciertas personas de los herederos, ó á todos, excepto alguno, Atilicino, Sabino y Casio dicen, que han de entregar todo el legado, segun la parte de herencia que les corresponde; porque les obliga la herencia: lo mismo se dice quando manda que lo entreguen los herederos.

Exposicion. Los herederos siempre se ha de entender que fuéron gravados á la entrega de los legados, segun la parte de herencia que á cada uno le corresponda, siempre que no conste de la voluntad contraria del difunto.

Pomponius *lib.* 5 *ex Plautio.*

Lex XVIII. *Ex duobus reis ejusdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet.*

Ley XVIII. De dos reos de prometer á Estico, el hecho del uno perjudica tambien al otro.

Exposicion. Esta ley parece que se ha de entender que habla de quando los deudores son socios.

(1) *Ley 2 de este tit.*

IDEM *lib.* 37 *ad Quintum Mucium.*

Lex XIX. *Cum duo eamdem pecuniam debent: si unus capitis deminutione exemptus est obligatione, alter non liberatur: multum enim interest, utrum res ipsa solvatur, an persona liberetur. Cum persona liberatur, manente obligatione alter durat obligatus: et ideo si aqua et igni interdictum est, alicujus fidejussor postea ab eo datus tenetur.*

Ley XIX. Quando dos deben una misma cantidad, si el uno se exîmió de la obligacion por la capitis-diminucion, el otro no se libra; porque hay mucha diferencia de que se pague lo que se debe, á que se libre la persona: quando queda libre la persona subsistiendo la obligacion, el otro queda obligado; por lo qual si fué deportado, y despues diese otro fiador, se obliga.

EXPOSICION. En el caso de esta ley el deudor que no padeció capitis-diminucion, queda obligado: lo mismo se dice de su fiador; pues estos solo se libran de la obligacion quando alguno de los demás deudores ó el principal pagó al acreedor, ó le satisfizo de algun otro modo de los que se dice que tienen fuerza de solucion.

TITULO III.

De stipulatione servorum.

Concuerda con el tit. 18 *lib.* 3 *Instit. y la ley* 7 *tít.* 11 *Part.* 5.

Los señores adquieren por las estipulaciones de sus siervos, como dice la ley de Partida concordante; y el siervo comun adquiere para todos sus señores, segun la parte de dominio que tienen en él: á no ser que estipule en nombre de uno solo, ó por mandato de él, que en este caso no adquiere para los demás.

JULIANUS *lib.* 52 *Digestorum.*

Lex I. *Cum servus stipuletur: nihil interest, sibi, an domino, an verò sine alterutra eorum adjectione dari stipuletur.*

Ley I. Quando estipula el siervo, nada importa que estipule que se le ha de dar á él ó á su señor, ó sin expresar nada de esto.

EXPOSICION. Aunque el siervo estipule en nombre de su señor, adquiere para él, como dice esta ley; porque no es capaz de adquirir para sí.

1 *Si servus tuus qui mihi bona fide hic serviebat, peculium habuerit quod ad te pertineat: et ego ex eo pecuniam Titio credidero: nummi tui manebunt: stipulando autem mihi servus eamdem pecuniam, nihil aget: vin-*

1 Si tu siervo que me servia con buena fe, tuviese peculio que te corresponda, y yo prestase á Ticio alguna cantidad de él, permanecerá tuyo el dinero; y si estipulase para mí la misma cantidad, no valdrá la estipulacion,

dicando ergo eam pecuniam tu consequi poteris.

y tú podrás vindicarla.

Exposicion. En el caso de este párrafo puede el señor del siervo vindicar la cantidad que se dió en mutuo; pues no perdio el dominio de ella por la estipulacion del siervo.

2 *Si servus communis meus et tuus ex peculio quod ad te solùm pertinebat, mutuam pecuniam dederit, obligationem tibi adquiret: et si eamdem mihi nominatim stipulatus fuerit, debitorem à te non liberabit: sed uterque nostrum habebit actionem: ego ex stipulatu, tu quòd pecunia tua numerata sit: debitor tamen me doli mali exceptione summovere poterit.*

2 Si el siervo comun mio y tuyo diese alguna cantidad prestada del peculio, que solo te correspondia á tí, adquirirá para tí la obligacion: y si expresamente estipulase para mí, te quedará obligado el deudor; pero ambos tendremos accion, yo en virtud de la estipulacion, y tú porque el dinero que prestó era tuyo: mas al deudor le competerá contra mí la excepcion de dolo malo.

Exposicion La decision del caso de este párrafo se funda en la misma razon que la del antecedente.

3 *Quod servus meus meo servo dari stipulatur: id perinde haberi debet, ac si mihi stipuletur. Item quod tuo servo stipulatur, perinde ac si tibi stipulatus esset: ut altera stipulatio obligationem pariat, altera nullius momenti sit.*

3 Lo que mi siervo estipula para mi siervo, es lo mismo que si lo estipulase para mí; pero lo que estipula tu siervo, es lo mismo que si lo estipulase para tí; y para que resulte obligacion de la una estipulacion, ha de ser nula la otra.

Exposicion. En el caso primero de este párrafo es válida la estipulacion del mismo modo que si el señor del siervo estipulase para él: en el segundo es nula; porque ninguno adquiere por la estipulacion del siervo ageno.

4 *Communis servus duorum servorum personam sustinet: idcirco si proprius meus servus communi meo et tuo servo stipulatus fuerit: idem juris erit in hac una conceptione verborum, quod futurum esset si separatim duae stipulationes conceptae fuissent, altera in personam mei ser-*

4 El siervo comun representa dos siervos; por lo qual si mi siervo propio estipulase para mi siervo comun, y para tu siervo, se dirá lo mismo en quanto á esta única estipulacion: qué se diria si fuesen dos estipulaciones distintas, una respecto la persona de mi sier-

vi: altera in personam tui servi: neque existimare debemus partem dimidiam tantum mihi adquiri, alteram partem nullius esse momenti: quia persona servi communis ejus conditionis est, ut in eo quod alter ex dominis potest adquirere, alter non potest, perinde habeatur ac si ejus solius esset, cui adquirendi facultatem habeat.

vo, otra respecto la del tuyo; y no debemos juzgar que solo adquiero la mitad, y no la otra parte; porque el siervo comun es de tal condicion, que en lo que puede adquirir el uno de los señores, no puede del otro; y se ha de determinar lo mismo que si solo fuese de aquel para quien puede adquirir.

Exposicion. La razon de la decision del caso de este párrafo se expresa en él.

5 Si fructuarius servus stipulatus esset fructuario aut proprietario: si quidem ex re fructuarii stipulatus esset, inutilis est stipulatio, quia utrique ex re fructuarii actionem adquirere potuisset: sed si aliud stipulatus fuisset, proprietarium petere posse: et si promissor fructuario solvisset, liberatur.

5 Si el siervo del qual tiene uno el usufruto, estipulase para el usufrutuario, ó para el propietario: si estipuló sobre cosa perteneciente al usufrutuario, es inutil la estipulacion; porque pudo adquirir accion para uno y otro; pero si estipulase otra cosa, la podrá pedir el propietario; y si el que prometió pagase al usufrutuario, se libra de la obligacion.

Exposicion. Por la primera estipulacion que expresa este párrafo, puede adquirir el siervo para el usufrutuario y para el propietario, segun se expresa en él; y por consiguiente es nula por la incertidumbre: por la segunda solo adquiere para el propietario; y al usufrutuario solo le puede pagar el deudor como persona nombrada para recibir lo que prometió; y por esto se dice, que pagando al usufrutuario se liberta de la obligacion.

6 Cum servus communis Titii et Maevii stipulatur in hunc modum: Decem kalendis Titio dare spondes? si decem kalendis Titio non dederis, tunc Maevio viginti dare spondes? duae stipulationes esse videntur, sed si kalendis decem data non fuerint, uterque dominus ex stipulatu agere poterit: sed in secunda obli-

6 Quando el siervo comun de Ticio y Mevio estipulase de este modo: Prometes dar á Ticio diez en las kalendas? y si no dieses á Ticio diez en las kalendas, en este caso prometes dar veinte á Mevio? parece que hay dos estipulaciones; y si no se diesen diez en las kalendas, ambos señores podrán pedir en virtud de la estipulacion; pero respecto

gatione Maevio promissa, Titius exceptione doli summovebitur.

lo que se prometió á Mevio en la segunda obligacion, obstará á Ticio la excepcion de dolo.

Exposicion. En el caso de este párrafo hay dos estipulaciones, segun se expresa en él; y si no se verifica la primera, se dice, que en virtud de la segunda pueden pedir ambos señores del siervo; pero que compete la excepcion de dolo contra Ticio; pues aunque se diga que la primera estipulacion no se pudo innovar por la segunda; porque el siervo no pudo perjudicar á su señor en virtud de ella (1), es conforme á la voluntad de los contrayentes que Mevio reciba la cantidad que se estipuló para él.

Ulpianus *lib. 4 ad Sabinum.*

Lex II. *Servus communis ipse sibi stipulari non potest, quamvis constaret eum se stipulari domino posse. Non enim se domino adquirit, sed de se obligationem.*

Ley II. El siervo comun no puede estipular de él mismo para sí, aunque constase que podia estipular para el señor; porque no adquiere de sí mismo para el señor, sino que se obliga á sí mismo.

Exposicion. Para que se verifique obligacion activa y pasiva son necesarias dos personas, una que se obligue, y otra que adquiera la obligacion. Por esto se dice que el siervo comun no puede estipular de sí para sí: así como el tutor no puede ser vendedor y comprador de la cosa perteneciente al patrimonio que administra del pupilo (2).

Idem *lib. 5 ad Sabinum.*

Lex III. *Si servus reipublicae vel municipii vel coloniae stipuletur: puto valere stipulationem.*

Ley III. Si estipulase el siervo de la república, del municipio ó de la colonia, juzgo que vale la estipulacion.

Exposicion. Por la misma razon que el siervo adquiere para su señor, el de la república adquiere para ella, como dice esta ley.

Idem *lib. 21 ad Sabinum.*

Lex IV. *Si servus communis sibi et uni ex dominis stipuletur, perinde est ac si omnibus dominis et uni et his stipuletur: veluti Titio et Maevio, et Titio: et probabile est ut Titio dodrans, Maevio quadrans debeatur.*

Ley IV. Si el siervo comun estipulase para sí, y para uno de sus señores, es lo mismo que si estipulase para todos los señores, y para uno de ellos, v. g. para Ticio y Mevio, y para Ticio; y es probable que á Ticio se le deban nueve partes, y al otro las tres.

Exposicion. En el caso de esta ley se entiende que el siervo estipuló generalmente para todos sus señores, y particularmente para aquel que expresó; por lo qual

(1) *Ley Melior 175 Dig. de Reg. juris.* (2) *Ley 5 §. 2 tit. 8 lib. 26 Dig.*

este adquirirá la mitad de lo que importase la estipulacion, ó la cantidad que particularmente se estipuló para él; y respecto lo demás concurrirá con los otros señores del siervo segun la parte de dominio que le corresponda.

Idem *lib.* 48 *ad Sabinum.*

Lex V. *Servus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro partibus utique indivisis: ut intellectu magis partes habeant quàm corpore: et ideo si quid stipulatur, vel quaqua alia ratione adquirit, omnibus adquirit pro parte qua dominium in eo habent. Licet autem ei et nominatim alicui ex dominis stipulari, vel traditam rem accipere, ut ei soli adquirat. Sed si non nominatim domino stipuletur, sed jussu unius dominorum: hoc jure utimur, ut soli ei adquirat, cujus jussu stipulatus est.*

Ley V. El siervo comun es de todos en esta forma, no como si fuese todo de cada uno, sino por partes sin dividir, de modo que estas partes mas bien tienen exîstencia intelectual que corporal; por lo qual si estipula alguna cosa, ó adquiere por alguna otra razon, adquiere para todos segun la parte de dominio que tienen en él. Tambien le es permitido estipular expresamente para alguno de los señores, ó recibir lo que se le entrega, de modo que solo lo adquiera para él; pero si no estipulase expresamente para alguno de los señores sino por mandado de alguno de ellos, practicamos que solo adquiera para aquel por cuyo mandado estipuló.

Exposicion. En esta ley se expresa cómo se ha de entender que el siervo comun es de sus señores, y cómo adquiere para ellos en virtud de estipulacion, quando no estipula particularmente para cada uno, ni por mandato de alguno de los señores, sobre lo qual se ha dicho tambien en las leyes antecedentes.

Pomponius *lib.* 26 *ad Sabinum.*

Lex VI. *Ofilius rectè dicebat, et per traditionem accipiendo, vel deponendo, commodandoque posse soli ei adquiri, qui jussit: quae sententia et Cassii et Sabini dicitur.*

Ley VI. Ofilio decia con razon, que recibiendo lo que se le entrega ó por depósito ó comodato, puede adquirir para solo aquel que le mandó; cuya sentencia se dice tambien que es de Sabino y Casio.

Exposicion. En los casos que expresa esta ley el siervo adquiere particularmente para el señor que le mandó, como en ella se contiene.

Ulpianus *lib.* 48 *ad Sabinum.*

Lex VII. *Proinde et si qua-*

Ley VII. Por lo qual si fue-

tuor fortè dominos habuerit, et duorum jussu stipulatus sit: his solis adquiret, qui jusserunt: magisque est ut non aequaliter, sed proportione dominica totum eis adquiratur. Idem puto et si nominatim eis stipulatus esse proponatur: nam et si omnium jussu stipulatus sit, vel omnibus nominatim: non dubitaremus omnibus pro dominicis eum portionibus, non pro virilibus adquirere.

